

## Cartulaire de l'abbaye de Gorze, Nr. 44

Domino sancto et in Christo venerabili patri Magulfo, gratia Dei episcopo atque abbatii, una cum illis fratribus qui in Gonie monasterio consistere videntur, Uncrinus et coniunx mea lmmildis pariter precatores. Cognoscatis, dum et pluribus non habetur incognitum, qualiter nos donavimus res nostras vel mancipia in pago Virdunense, in fine Tilgentense, vel in ipsas fines, seu et in Bagrulfo villa; id est mansis, casis, casulis, cum omnibus edificiis desuper positis, campis, pratis, silvis, vineis, pomiferis et terris aratoriis, totum in integrum, seu et mancipia XV : Gislaldo, Iliomo, Godebrando, Woningo, Hoelerio, Ursiono, Dotlinde, Papiane, Altilde, Immenilde, Varagde, Ermenagde, Aldelinde, Agitiane, Minagde, cum omnibus peculiaribus eorum, totum in integrum, ad partem sancti Petri vel sancti Gorgonii, seu ad monasterium ad Goniam vel vobis condonavimus vel affirmavimus. Postea nostra fuit peticio, ad partem nostram et ad partem filii nostri Tangelradi, ut ipsas res quas nos ipsi dedimus in pago Virdunense, in fine Tilecinse, vel in ipsa villa, et pratum unum in Bagrulfo villa, exceptis illis aliis rebus in ipsa Bagrulfo villa, et illis rebus in pago Scarponinse, in Sumtuno villa, vel in ipsas fines, quicquid ad hoc pertinet quod nos ad presentem diem dedimus, ut alias illas res nobis beneficiare deberetis; quod ita et fecistis. Similiter beneficiastis nobis vel filio nostro Tangilrado alias res sancti Petri vel sancti Gorgonii, seu vestras, pro usu merito quod nos dedimus; id est illas res in pago Solacinse, in Landini villa, et in Bettun curte, et in Bidolido, et in Senorio villa; id est mansis, casis cum ecclesiis vel omnibus edificiis seu et mancipiis, vel quicquid Rotfridus, seu uxor sua Bertrada, pariter ad ipsum monasterium per suarum instrumenta cartarum condonaverunt, nobis vel filio nostro beneficiare deberetis, quod ita et fecistis; in ea vero ratione ut, quandiu advivimus, ipsas res vel ipsa mancipia per vestrum beneficium seu successorum vestrorum diebus vite nostre valeamus excolere. Post nostrum disscessum, filius noster Tangelradus, si nobis supervixerit, similiter per vestrum beneficium teneat, et nichil exinde in quibuslibet rebus vel corporibus nullum pontificium habeamus aliquid minuendi, nisi quicquid ibidem addere aut immeliorare vel comparare potuerimus. Post nostrum quoque disscessum, quando quidem Deus voluerit, ipse res seu ipse ecclesie vel mancipia cum omni superposito ad ipsum monasterium revertantur. Et convenit in censum annis singulis, ad festivitatem sancti Gorgonii, quod est V idus septembbris, dum nos advivimus, dimidiam libram de argento dare faciamus. Post nostrum disscessum, filius noster Tangelradus, si nobis supervixerit, similiter faciat. Et si de ipso censu tardi aut negligentes apparuerimus, fidem exinde faciamus, et ipsas res vel ecclesiis seu mancipia diebus vite nostre valeamus excolere vel habere. Facta precaria sub die XIII kalendas maii, anno XLIII regnante domino nostro Karolo rege, anno vero imperii eius elevati XII, et anno ah incamatione Domini DCCCXI, indictione IIII, epacta XXIII concurrente II. Signum Uncrini, et coniugis sue lmmilde, qui hanc precariam fieri et firmare rogaverunt. Nomina testium : Blitcherius †. Agredus †. Item Uncrinus †. Agnardus †. Boso †. Amalbertus †. Balduinus †. Hidulfus †. Giorius †. Bando †. Item Agredus †. Odelbertus †. Ibertus †. Winiaudus †. Teudardus. Ofterius. Germanus †. Tancarius †. Amgimbertus †. Teoderius †.